eiusdem 1421 indictione 14 mensis Januarii die 19 hora primarum vel quasi pontificatus sanctissimi in Christo patris ac domini nostri domini Martini divina providencia pape quinti anno quarto in mei notarii publici et testimonii infrascriptorum presencia personaliter constituti honorabiles et discreti viri domini Johannes de Fonte, b. Marie in altis Susaciensis presbyter, Ludovicus de Corbeke, beatorum Ciriaci et Albani in Welvere clericus Padelburnensis dyocesis pastor, Johannes Brunsten vicarius s. Patrocli et Johannes Padelborne vicecuratus b. Marie in pratis collegiate et parochialium ecclesiarum presbyter Coloniensis dyocesis omnibus melioribus via, iure, modo, forma tamque quibus melius et efficacius potuerunt citra revocationem aliorum suorum procuratorum, quorumcunque hactenus per ipsos in hac causa constitutorum et cum appellatione omnium et singulorum et per ipsos procuratores actitatorum dummodo pro ipsis seu pro parte sua et contra adversarios suos quoscunque faciant de quo expresse protestati fuerunt, fecerunt, constituerunt et ordinaverunt suos viros certos indubitatos procuratores, actores factorum, negotiorum suorum gestatores ac nuncios speciales et generales ita tamen, quod generalitas specialitati non deroget nec equam discretos viros Johannem Galnhart, Thidericum Bislich et Wilhelmum Reys in curia Coloniensi procuratores absentes tamquam presentes et Johannem Mengerskerken clericum Moguntinensis dyocesis presentem et procuracionis huiusmodi in se libere suscipientem et quemlibet eorum in solidum, ita, quod non sit melior condicio occupantis, sed quod unus eorum inceperit hoc alter mediare prosequi valeat et finire contra et adversus religiosum virum magistrum Jacobum de Sweye alias de Susato s. theologie professorem ad provocandum et appellandum pro ipsis et ipsorum nomine appellationesque quascunque necessarias interponendum, intimandum, insinuandum et notificandum complures petendum et recipiendum nec non omnia et singula faciendum, gerendum et exercendum que in premissis fuerunt. [*Der Notar schildert die Bemühungen um Wahrung der Interessen der Appellirenden*] et dico, quod licet domini mei prefati a tempore nativitatis ipsorum et per ipsum tempus fuerunt et adhuc sunt honorum fame, nominis et opinionis viteque laudate et conversacionis honeste in communiione fidelium utriusque catholici et christiani fueruntque preter hoc et absque eo, quod in predictis temporibus, quod unquam fuerunt vel aliquis eorum fuit heretici seu hereticus vel de heresi suspecti vel suspectus vel heresis fautores seu huiusmodi officii inquisitionis impeditores ac tales et pro talibus habiti fuerunt et sunt tenti nominati et reputati hodiernis temporibus ab omnibus eorum noticiam habentibus palam, publice et notarie

in opido Susaciensi et locis circumvicinis eciam inter bonos et graves. [All diejes aber hat den Inquisitor nicht abgehalten, gegen die so gut Belemundeten als Häretiker und Begünstiger der Häresie scharf vorzugehen, sie nach Köln zu zitteren.]¹⁾ Quibus rite, debite et sufficienter comparentibus prefatus Jacobus predictum terminum ad certos alios diem et horam continuavit, in quo iterum prefati domini cum gravibus laboribus et expensis coram dicto fratre Jacobo tamquam heretice pravitatis inquisitore ac venerabilibus et nobilibus viris dominis officiali curie Coloniensis, decano ecclesie Coloniensis ac preposito ecclesie s. Gereonis Coloniensis nec non quam pluribus aliis prefatis tam in sacra pagina quam in iure canonico doctoribus in domo prefati domini officialis in multitudine copiosa congregatis legitime comparentibus sibi copiam articulorum heresim sapientibus de quo eosdem de facto multipliciter diffamavit, tradi petiverunt, quod ipse frater Jacobus minus iuste recusavit et contradixit proposuitque tamen viva voce aliqua heresim minima sapiencia, de quibus omnibus et singulis in conspectu prefatorum venerabilium dominorum se sufficienter et legaliter excusaverunt et purgaverunt et prefati domini eos pro excusatis et veris catholicis habuerunt et tenuerunt et habent et tenent.

[Obendrein überträgt Jakob die Angelegenheit noch dem apostolischen Stuhle, Schmach, Unrecht und Schaden vermehrend. An ebendenselben Stuhl appellieren auch die Angeklagten durch den Notar] provooco et appello pro dictis dominis meis et omnibus, quorum interest in hac parte et adherentibus vel adhesuris et . . . omnia bona ecclesiastica et temporalia dictorum dominorum meorum protectioni, tuicioni et defensionis sedis antedictae. [Die in der Stephanskapelle des Patroclidomes in Gegenwart des Presbyters Godfried Aldeman, des Vikars Heinrich Burborgh und Ludwig von Korbefe erlassene Akte wird unter Zeugen den Türen des Patroclidomes, der Peterskirche und dem Dominikanerkloster angeheftet. Außer schon genannten Namen begegnen uns noch Johann Maßman, Detmar Deymelen (!), Bizekurat an der Peterskirche und der Kleriker Lambert Grevensten.]

Der Inquisitor zerpfückt eingehend die Appellation der Angeklagten.]

Ista appellacio fundatur in sex ²⁾ punctis. Quorum primum est, quod predicti appellantes unius ipsorum errorem sibi ipsis omnibus sponte et presumptuose inponunt.

¹⁾ Der Inquisitor sagt hierzu am Rande zur eigenen Verteidigung: Hic nota, quod inquisitores habent potestatem citandi et faciendi denunciaciones sentenciarum contra hereticos vel eorum fautores

²⁾ Im Text sind nur 5 Punkte angeführt.

Secundum est, quod ea, que sunt iuris canonici gravamen dicunt et ponunt.

Tercium est, quod ex predictis sine aliquo gravamine appellacionem frivolum iniustam et presumptuosam sibi formant.

Quartum est, quod narrant se expurgasse, sed non coram iudice inquisitore secundum mandati exigenciam et tenorem.

Quinto, quod inquisitorem maliciose, presumptuose iniuriose suis insinuacionibus dehonestaverunt, famam denegaverunt et turpiter infamaverunt et hec legitime declarabuntur.

Ad primum articulum est notandum, quod solus unus appellancium erronee predicavit, ut patet ex toto processu. Et ipsi alii sibi huiusmodi errorem sponte et temerarie sibi assumant predictum errorem defensantes et erranti faventes. Dicunt enim in appellacione se petivisse copiam articulorum heresim sapiencium,¹⁾ de quo eosdem de facto multipliciter inquisitor diffamavit. Ecce, quod in plurali numero sibimet inponunt errores unius. Nam secundum canonem, qui defendit errorem aliorum multo amplius est dampnabilior quam illi, qui errant. [Folgen einige Hinweise auf Rechtsgrundsätze.]

Ad secundum punctum est notandum, quod in sua appellacione allegant gravamina ea, que iuris sunt canonici. [Folgt rechtliche Begründung nach Wilhelm Durante, Speculum iudiciale u. a.]²⁾

Tercium punctum est, quod predicti appellantes ex predictis iuribus appellacionem frivolum presumptuosam sibi formaverunt, ut patet ex eorum appellacione et gravaminibus, que pretenderunt, que ambo sunt iuris canonici, ut iam tactum est. Et ambo sunt de iure inquisitorum et nulli facit iniuriam nec gravat, qui utitur iure suo, ut in c. „Cum ecclesia“ Extra De electione. Ergo videtur, quod frivola et presumptuosa eorum appellacio.

Quartum punctum est, quod nullum rationabilem pretendunt gravamen. Patet, quia iusticia nullius est gravamen nisi facinorosa, sed denunciatio excommunicati est iusticia genus, ut patet ex processu iuris. Et quia appellantes iam ultra mensem steterunt in communicacione, quam incurrerunt ex impedimento prestito officio inquisicionis et secundum c. „Pastoralis“ Extra De appellacione,³⁾ „Excommunicacio secum trahit executionem, et excommunicatus per denuncionem amplius non ligetur, ipse excommunicatus sine gravamine denunciari potest

¹⁾ Siehe oben S. 122.

²⁾ „Cause maiores maxime in dubiis ad sedem apostolicam referende sunt.“

³⁾ Decretal. l. II t. 28 c. 53.

excommunicatus ut ab aliis evitetur . . .⁴⁾ [Appellation an den Papst durch den Inquisitor ist kein ‚gravamen‘, aber] ‚frivola, presumptuosa est eorum appellatio et iniusta.

Quintum punctum est, quod narrant se expurgasse coram certis honorabilibus viris. Ex quo dicto profitentur se non satisfacisse mandato iudicis seu inquisitoris secundum formam mandati, quia mandatum inquisitoris dicit vel medio tempore coram nobis pretendant causam rationabilem . . . Ex quibus dictis patet ipsorum appellacionem esse frivolum, presumptuosam et iniustam. Et sic sequitur quintum [punctum], quod in insinuacione appellacionis iniuriam fecerunt inquisitori iudicii fidei ponendo appellacionem frivolum ad valvas ecclesiarum . . .

Isti minus rationabiliter appellantes^{a)} negocium principale in sacro palacio causarum apostolico quondam domino episcopo Vigintimiliensi auditori committi obtinuerunt et ipsum inquitorem huiusmodi occasione maliciose ad curiam citari fecerunt.

[Der Auditor Thomas de Amelia erläßt in Wahrnehmung der Interessen der Soester Kleriker und als Exekutor des päpstlichen Willens das Mandat gegen den Inquisitor] . . . Noveritis, quod nuper sanctissimus in Christo pater et dominus noster Martinus divina providencia papa quintus commissum sive supplicacionis cedulam nobis per certum suum cursorem presentari fecit, quam nos cum ea, qua decuit, reverencia recipimus huiusmodi sub tenore: Dignetur Sanctitas Vestra omnes et singulas causam et causas appellacionis et appellacionum in partibus et pro parte devotorum virorum Johannis Steven alias Strowange, Hermanni Kulinch canonicorum; Johannis Brunsten, Henrici de Lippia vicariorum ecclesie s. Patrocli Susaciensis Coloniensis dyocesis nec non Johannis Borne b. Marie virginis in altis et Johannis Palborne b. Marie virginis in pratis opidi Susaciensis parochialium ecclesiarum pastoris et vicecurati ac Ludovici de Corbeke pastoris in Welvere et Johannis Junge clerici Coloniensis et Padelburnensi dyocesis a nonnullis presentis citacionis, monicionis, diffamacionum, inquisicionis iniuriis et gravaminibus ac dampnis per quendam Jacobum Sweye de Susato pro inquisitore heretice pravitatis civitatis, provincie et dyocesis Coloniensis se gerentem successive emissis contra eosdem impositis acque factis interposite et interpositarum nec non causam et causas, quas prefati appellantes coniuncti seu divisim monent seu monere intendunt contra eundem Jacobum omnesque alia et singulos sua interesse credentes . . . et committere alicui ex venerabilibus viris dominis vestri palacii apostolici causarum

a) §§ maliciose gestrichen.

¹⁾ c. 53 jagt . . . ipsum excommunicatum denunciare non immerito potes‘.

auditori audiendum, cognoscendum, decidendum et fine debite terminandum . . . cum potestate citandi Jacobum omnesque alios supradictos coniuncti et divisim in Romana curia extra et ad partes tociens quociens fuerit opus . . . In fine vero dicti commissi sive supplicationis cedule scripta erant de alterius manus litera superiori litere ipsius cedule penitus et omnino dissimili et diversa hec verba videlicet: de mandato domini nostri pape audiat magister Thomas de Amelia episcopus Vigin-timiliensis, citet ut petitur et iusticiam faciat.

Post cuius quidem commissionem sive supplicationem cedule presentationem et receptionem fecimus per providum virum magistrum Johannem de Brylon in Romana curia et honorabilium virorum dominorum Johannis Stevens alias Strowange . . .¹⁾ procuratorem prout de ipsius procuracionis mandato nobis legitime extitit facta fides coram nobis constitutum debita cum instancia requisiti, quatenus sibi citationem legitimam una cum inhibitione inserta extra Romanam curiam et ad partes contra et adversus prelibatum Jacobum Sweye de Susato principaliter in eadem nobis facta et presentata commissione ex adverso nominatum omnesque alios et singulos sua communiter vel divisim interesse putantes iuxta secundum vim, formam et tenorem prenarrate commissionis in forma solita et consueta decernere et concedere dignaremur . . . [*Kraft der ihm übertragenen Vollmacht zitiert er den Inquisitor und seine Partei*] quatenus quinquagesima die post citationem vestram huiusmodi per vos vel alterum vestrum eis factam in mente sequenti . . . Rome vel alibi, ubi tunc forsitan dominus noster papa cum sua residebit curia ad iura reddendum pro tribunali sedere contigerit, compareant in iudicio legitime coram nobis vel surrogando predicto per se vel procuratorem seu procuratores suos ydoneos ad causam seu causas huiusmodi sufficienter instructos cum omnibus et singulis actis, actitatis, literis, scripturis, processibus iuribus, instrumentis et munimentis causam et causas huiusmodi tangentes vel eam vel eas quomodolibet concernentes prefatos dominos Johannem Stevens alias Strowange . . . vel eorum legitimo procuratori de et super dicta nobis facta et presentata commissione contenta de iusticia responsuri aliasque in causa et causis huiusmodi ad omnes et singulos actus gradatim et successive et usque ad diffinitivam sententiam inclusive debitis et consuetis terminis et dilatoribus precedentem, ut moris est . . .

Datum et actum Rome apud s. Petrum in palacio causarum apostolico, in quo iura reddi solent, nobis inibi mane hora causarum ad iura reddenda in loco nostro solito pro tribunali

¹⁾ Namen wie oben S. 118.

sedentibus sub anno a nativitate Domini 1422 indictione XV die vero Mercurii septima mensis Januarii pontificatus prefati domini nostri domini Martini pape quinti anno quinto presentibus ibidem discretis viris magistris Johanne Waling et Nycolao Wendelen alias Zwartz notarii publicis nostrisque scribis, clericis Monasteriensis et Leodiensis dyocesis testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis. [Die Beurkundung erfolgt durch den Utrechter Kleriker Johannes Badennvert als Notar.]

Hec citacio infinite fuit executata eodem anno die s. Marci evangeliste, quo ipsa hora assensurus erat cathedram et verbum dei predicaturus. Qui ^{a)} statim post arripiens iter presentavit se domino apostolico in urbe Roma apud beatam Mariam Maiorem in die X mil. m. ¹⁾. Et post porrexit eidem supplicationem tenoris subsequentis:

Pater beatissime! ²⁾ Exponitur Sanctitati Vestre pro parte devoti vestri oratoris fratris Jacobi de Susato ordinis predicatorum s. pagine professoris ac inquisitoris heretice pravitate per provinciam Coloniensem et nonnulla alia loca, quod dum alias orta suspicione contra quendam Johannem Palborne iuniorem, quod in quibusdam sacramentis a determinacione ecclesie s. Dei deviaret et male saperet et de hoc apud graves infamia laboraret. Idem orator vester volens ut ex officio suo tenebatur, super hoc inquirere quosdam testes, qui ipsum aliquociens dictos errores asserere et predicare audivisse dicebantur. Super hoc recepit et dum eos examinare vellet, idem Johannes cum dictis testibus et quibusdam clericis videlicet Johanne Strowange . . . ad iudicium venit et ipsi ibidem eundem impederunt et insultum, indecentem, clamorosum et inordinatum fecerunt. Et ipsum oratorem vestrum, quo minus processum secum continuare et negocium ipsum examinare posset totaliter impederunt, sic quod ab ipsorum testium examinacione cessare compulsus fuit. Propter quod reputans eos iuxta iuris formam tamquam huiusmodi officii turbatores sentencias canonis incidisse ipsos mandavit et fecit evocari ad videndum se declarari

a) Hs se gestrichen.

¹⁾ 22. Juni.

²⁾ Vgl. hierzu Hs 29 (Stadtarchiv Soest) p. 250—269, wo sich mit einzelnen Varianten diese Appellation Jakobs von anderer Hand geschrieben findet. Ein eigenhändiges Konzept zur Appellationschrift Jakobs findet sich Hs 421 (UB Münster) f. 231—232^v u. 304. In Hs 14 (Stadtarchiv Soest) Anhang (Konv.), „De facto inquisitionis“ steht f. 1^v—9 ein Prozeßbericht an Martin V., f. 10—12 eine Zusammenstellung prinzipieller Rechtsfragen, die hauptsächlich aus diesem Inquisitionsprozeß sich ergeben hatten. Aus Raummangel kann ich hier nichts zum Abdruck bringen. Einige Mitteilungen darüber konnte ich in dem oben genannten Studien S. 53 ff. machen.

in ipsam excommunicationis sententiam incidisse vel ad purgandum se de premissis.

Quo termino adveniente predicti . . . ab erroribus suis minime resistentes sed potius in superbia sua et pertinacia per XVIII menses permanentes officia celebrantes divinis se immiscentes super quadam appellacione quam post remissionem interposuerunt, nonnulla gravamina presencia confingentes. Quo audito Sanctitatis Vestre orator causam ipsam ad sedis apostolice examen remisit, quam principaliter tangit et ubi promptius de eius meritis liquere posset.

Et demum, beatissime Pater, causam predictae presentis appellacionis et negotii principalis in sacro palacio causarum apostolico quodam domino T. episcopo Vigintimiliensi auditori etc. committi obtinuerunt et ipsum oratorem vestrum fecerunt huiusmodi occasione ad curiam evocari. Et quia, beatissime Pater, idem Sanctitatis Vestre orator gaudens singulari eciam devocione quam ad personam Sanctitatis Vestre gerit acque gessit et ad sanctam ecclesiam Romanam ad curiam ipsam personaliter accessit, principaliter constitutus est non sine gravibus expensis oneribus et dispendiis paratus tamen pro posse ad omnia . . . Sed quia ista est causa fidei et eius defensio et prosecutio ad Sanctitatis Vestre principalitatem noscitur in avorem fidei pertinere et ipse non intendit se in hoc iudicio contradictorio partem facere, sicut nec conveniret. Ipsam causam ad Sanctitatis Vestre remittit gremium discutiendum et examinandum prout Sanctitati Vestre videbitur oportunum, cum remediis pro dicto officio inquisitionis oportune sperans tamen utique quod Sanctitas Vestra ut aliis cedat in exemplum sibi faciat per dictos transgressores de huiusmodi expensis per eum factis integraliter responderi. Et alias provideat, quod ceteri a similibus exemplis conpescantur.

[In 15 Punkten, mit vielem Rechtsstellen legt der Inquisitor noch einmal sein Recht, sein Vorgehen und die Schuld der Gegenpartei nieder.¹⁾ Recht ärgerlich läßt er sich über die ihm zur Last fallenden Kosten dieses Prozesses aus. Er zählt genau die einzelnen Posten auf und kommt zu der Gesamtsumme von 331 Goldflorenen. Seine persönlichen Beschwerden will er nicht einmal rechnen]: Labores meos versus Romam, quos tempore estivo, quo magis ingravebant calores, iniuriose citatus, oportebat facere me senem grandevum servum et officialem s. Romane ecclesie gravibus dispendiis rerum corpore viribus pro III ducatis noluissem fecisse.

¹⁾ Um den Umfang dieses Beitrages nicht zu vergrößern, darf ich auf die inhaltliche Zusammenstellung dieser Punkte in meiner früher zitierten Arbeit S. 48 Anm. 96 verweisen. Dort auch sachliche Bemerkungen zum Ganzen.

Qua estimacione quorumcunque proborum considerancium statum et etatem pensandum relinquo. [Den Schluß der Akten bildet eine mit einer Fülle von Zitaten beschwerte Darlegung von Glaubenswahrheiten, wodurch der Inquisitor noch einmal die Schuld der Angeklagten begründet, und vor allem sein Vorgehen in diesem Prozeß rechtfertigen will. Darauf legt er besonderen Wert. Gleichsam als letztes Resumé faßt er dann in 23 Artikeln die Grundlagen des Prozesses zusammen. Einmal ausführlicher, zuletzt nur in Stichworten mit Hinweis auf die Stelle seiner Akten, an der die betreffenden Punkte behandelt werden. Das endgültige Ergebnis der Verhandlungen in Rom ist nicht bekannt. Der Prozeß ist wahrscheinlich durch Niederlagen beendet worden.]

II.

Accidit ¹⁾ anno Domini 1470, quod cappellani Lippienses Hermannus Wegener, Hinricus Vaderunse et Johannes Sy[n]-zeke publice predicarent contra veritatem et privilegia, ut dicebatur. Et specialiter tria puncta: primus punctus eorum fuit, quod quilibet christianus dominicis et festivis diebus deberet interesse divinis parochie sue sub pena peccati mortalis.

Secundus punctus fuit, quod, qui vellet confiteri religiosis, deberet petere licenciam a plebano vel capellano suo sub pena peccati mortalis.

Tercius punctus eorum fuit, quod quilibet deberet sepeliri, ubi sacramenta acciperet sub pena peccati mortalis. ²⁾

Quo cognito motus presens conventus Lippiensis ob hoc predictos tres fecit citari Osnaburgensi. Sed quia preconsules et prepositus Lippienses ordinaverunt dictam [citationem] inter nos et dictos sacerdotes petentes ut illa citacio nostra cassaretur, quod et fecimus. Dicta celebraretur in refectorio nostro magno, ubi presentes erant prepositus dominus Symon de Kastro cum dictis capellanis et quibusdam aliis sacerdotibus et laicis. Et nobiscum fuerunt presentes terminarii predicatorum et minorum ordinum, quos etiam tale ut nos tangebatur negocium et plures alii honesti cives Lippienses.

Tandem a nobis punctis iam dictis eis obiectis duo illorum capellanorum negaverunt se talia predicasse, quos ad intuitum domini prepositi dicti ab impetitione nostra absolutos habuimus. Sed tercius eorum videlicet dominus Hermannus Wegener capellanus ad Virginem temptavit errores suos manutenere, quod deinde non poterat. Arbitratum fuit in sex ibidem pre-

¹⁾ Staatsarchiv Münster Hs VII 6123 p. 3—5. Kopiar mit ca. 200 Urkunden.

²⁾ Vgl. die Bestimmungen der Bulle ‚Super cathedram‘ 1300 Februar 18. — Vgl. oben S. 114 die Äußerung des Johann Falborne.

sentis, pro parte ipsius in dominum prepositum dictum dominum Conradum Konekynck et Lubertum Synzekemam preconsumem, pro parte nostra in doctorem nostrum fratrem Johannem Sartorem, fratrem Lambertum Brocker ord. pred. et Johannem Duster preconsumem. Hii sex^{a)} se sedentes in parte unanimiter concordarunt, quatenus prefata puncta perpera predicata dictus dominus Hermannus revocaret in vulgari in presencia populi in tali forma,^{b)} quod et promisit se facturum. Forma vero revocacionis pro tunc lecta et iniuncta est talis:

Leve vrunde! Als gy wol hebt gehart dat ich her herman Wegener hebbe geprediget van dem kerkgan yn den kerspelerkerken, vnd van bichthorn uwer vnd van der grafft. Des sich bedunken laten de erwerdigen geystliken broder des closters hijr . . . , dat dusse punte weren tegen dat besre recht vnd tegen de genade vnd privilegia, de en gheven synt vnd den andern van den veer orden, so sy ich des worder beleret vnd unde-wiset . . .

Tho dem ersten, so segge ich yw un dat ey ynwelich magh na syne yncheyt to kerken gan yn dat closter der broder na guder ghewonheyt als he sus lange gedan hevet. Schelt dar wes ane dem proveste vnd kerkhen yn dusser stad des willet se sich wol verdragen etc.

Jtem den brodern dusses closters vnd den andern van den veer orden toghelaten van paveste vnd biscope magh ey ynwelich mensche bichten vnde en ys nicht noet dat he arloff hebbe edder bidde van deme kerkhern effte cappellan, Vnd dyt magh he don sunder alle sunde. Wer awer salre dat we wolde bichten eynem andern kerckhen effte cappellan, demme theme de arloff to hebbende van synen kerckhen etc.

Jtem syn ytlich mensche magh syne grafft kezen nnde laten syn licham begraven yn de kerken edder kerckhof der broder der veer orden sunder alle sunde alzo de privilegia der broder ynholden. Vnd nemant ys dar to verbunden, dat he sich solle laten begraven dar he de sacrament entfaget by eyner dotliken sunde.

Et in hoc vulgari dictus dominus Hermannus revocavit publice anno Domini 1471 dominica „Reminiscere“¹⁾ in ecclesia b. Virginis Lippiensis predicando ibidem de mane. Et publicum instrumentum de hoc vulgari errorum revocatorum invenies inter literas conventus.

Jtem anno Domini 1471 sexta feria^{c)} ante dominicam „Letare“²⁾ de mane hora nona vel quasi venit ad conventum nostrum prepositus Lippiensis dominus Symon de Castro cum

a) §§ corr. aus tres.

b) ut sequitur §§ gestrichen.

c) §§ sabbato gestrichen.

1) Fiel 1471 auf dem 10. III. — 2) 23. III.

fratre suo Arnolde et duobus plebanis [ecclesie] sanctorum Jacobi et Nicolai et domino Johanne Mysener pro parte sua. Et vero fuit theologie doctor Johannes Sartor, lector Johannes de Widenbruge, prior frater Petrus et Bernhardus Duster preconsul. Et prepositus dictus proposuit primo et dixit, quod ille punctus dicti vulgaris positus in fine primi articuli scil. ‚schellet dar wes ane dem proveste etc.‘ debuisset pronunciatu fuisse in ultimo tocius vulgaris sicut conventum fuisset per sex dictos arbitratos. Et respondimus ad hoc, quod hoc dimissum fuisset sine omni fraude et dolo et ne vulgares estimarent, quod aliquid dissentire esset inter nos, de quo fuissent scandalizati. Et diximus, quod preposito et plebanis semper libere foret in hiis et aliis agere et proponere, ut eis videretur.

Secundo proposuit, quod lector noster Heynemannus predicasset, quod pro pueris baptismate defunctis, qui non commisissent peccata actualia, non esset necesse exequias fieri. Respondimus, quod hoc rarum esset et consonum sacre scripture: Sed quare hoc displiceret, posset esse causa plebanis et preposito, quia non factis exequiis pro eis in oblationibus dampnum susciperent etc.

Tercio dixit prepositus, quia lector ordinis pred. frater Lambertus Brocker anno quo supra dominica ‚Oculi‘ satis acre predicaverit contra dictum d. Hermannum Wegener in punctis, quibus supra etc. Ad hoc mortasset (?) eundem lectorem Lambertum lector noster Heynemannus. Respondimus, quod lector noster in tali dominica non fuisset domi, quare eciam nec constabat nobis, quod dictus lector Lambertus volebat predicare huiusmodi.

Quarto proposuit d. prepositus prefatus, quod essemus preiudiciales monialibus predicando in aliquibus festis de mane in conventu nostro, quoniam eciam predicaretur apud eas. Respondimus sic: consuevimus predicare a tempore, cuius non esset memoria hominum et eo cicius de mane expedieremus sermones, ut et monialibus certus pateret locus predicandi.

Quinto dixit idem prepositus, quod quotidie de mane officia chori et missas tardue ageremus. Respondimus, quod in hieme propter breviorum diem pertraheremus missas quasi usque ad horam decimam, quod aliter fieri non posset propter diei brevitatem et in estate usque ad horam nonam nisi foret patrocinium in ecclesia nostra nec consuevimus agere officium nostrum usque in presens a tempore, cuius eciam esset memoria apud amentes.

Sexto assuerit dictus prepositus, quod memorias mortuorum pronunciareremus nostras in predicacione nostra in ecclesia b. Marie. Ad quidem fuit parum responsum, quod hoc non est preiudiciale neque dampnum infigit ecclesiis parochia-

libus, quia propter huiusmodi officium mortuorum neque plus neque minus confluit populus ad ecclesiam nostram . . .

Septimo proposuit, quod festum sancti Jodoci tociens fecisset celebrari et per nos actum fuisset anno quo supra 70^o dominica ante Michaelis, quoniam apud sanctum Jacobum speciale consuetum fuisset festum. Respondimus, quod hoc non a proposito fuisset factum tali tempore neque sic continuare proponeremus, sed quia a casu sic factum fuit, quia neque ante neque post conveniens occurebat tempus huiusmodi festum Jodoci celebrandi. Sed ageremus festum per amplius omni diligencia, quod ecclesiis parochialibus non esset preiudiciale.

Quibus sic inter nos pacifice tractare propositis et responsis prepositus dictus et plebani et nos fuimus^{a)} concordi animo pacati de omnibus propositis et responsis. Et unus alteri exhibuit se pro nunc ad omnem complacenciam et mutam amicitiam et promocionem in Domino. Amen.

a) fuerunt Ss gefir.